

ANASTASII SINAITÆ,
PATRIARCHÆ ANTIOCHENI
᾽ΟΔΗΓΟΣ, SEV DVX VIÆ, AD-
VERSVS ACEPHALOS.

Nunc primum

Ex Bibliotheca inclytæ Reipublicæ AVGVSTA-
NÆ græcè & latinè editus.

Studio & opera

JACOBI GRETSERI SOCIE-
TATIS IESV THEOLOGI

AD

MARCVM VELSERVUM REIP. AVGVST.
II. VIRVM AMPLISSIMVM.

Accesserunt

Quadraginta duo opuscula THEODORI ABVCARAE, Episcopi Ca-
riae, contra varios Infideles, Seuerianos, Nestorianos,
Iudeos & Mahometanos.

Ex Bibliotheca Serenissimi vtriusque Bauariae Du-
cis, &c. MAXIMILIANI, &c.

AD

ANTONIVM VELSERVUM, CATHEDRALIS
ECCLESIAE FRISINGENSIS CANONICVM.



Cum gratia & priuilegio Casareae Maiest.

INGOLSTADII, Ex Typographeo ADAMI SARTORII.

ANNO DOMINI M. DCVI.


Coleg. mag. de ord.



MARCO VEL
SERO, REIPVBLI-
CÆ AVGVSTANÆ II. VIRO
AMPLISSIMO

JACOBVS GRETSERVS
SOCIETATIS IESV.

VENIT tandem, *Nobilissime*
Marce, Anastasius Sinaita.
Tuus an meus? Si serius; i-
gnosces: Longum iter est à
monte Sinai ad has nostras oras, neque
vnius, sed plurium mensium; neque ti-
bi, tuæque bibliothecæ sese sistere vo-
luit Anastasius, nisi iam Latinè, si non
elegantè, certè fideliter, in hoc suo
nostroque ὀδῶν loqui doctus. Quod vt
consequeretur, mora temporis nō mo-
dica opus fuit; præsertim, cū in eum
* 2 latinæ



ΑΡΧΗ ΒΙ- EXORDIVM
ΒΛΙΟΥ ΤΟΥ Ο- LIBRI SANCTI

ΣΙΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΙ ΜΟ-

μοναχῆ ὁ Σινά

NACHI SI-

ἔρις.

naita.

Προοίμιον.

Prefatio.

Παρακαλῶμεν οὖν μέλλον-
τας ἐπιτυχάνειν τῆσδε τῆ
βίβλου, συγγνώμην ποιήσασθαι
ἐπὶ ταῖς πλείυταις ἐν αὐτῇ διορ-
θώσεσι, ἢ ταυτολογίαις. τὸ γὰρ
ἀδιόλητον τῶν ἀσθενειῶν ἔ-
συχώρησεν ἡμῖν ἐν αὐτῇ κατὰ
θυμίῳς πράξασθαι. δεῖ γὰρ τὸ
ποιῶντα χρῆσθαι λόγμαται περ-
σφάσασθαι καὶ διορθῶσαι, καὶ
εὐχίζεσθαι, καὶ εἰδ' ἕτως καλ-
λίγραφεῖσθαι. ἀλλὰ τὸ ραθυ-
μὸν, καὶ ἄκνηρὸν τῶν ἡμετέρων
συμφρόνων, αὐτίκ' ἐπέπεσαν
φιλοπνίαν, καὶ ἀπεδίωξεν ἐν πῆς
πύξταις κέκτηται. διὸ ἀντιθέτως
τῶν τετραδα κατέχοντες, ἕτως
ἐξελόμεθα εἰ δὲ καὶ οὐκ εἰσὸς
δυστρίαυ λαudem retulit. Quapropter schedula loco tetradem,
seu quaternionē adepti, eundem in lucem proferimus. Quod

Rogamus lectores huius
libri, ut nobis ignoscant
ob varias correctiones pas-
sim adhibitas, & propter tau-
tologias, rerumq; & verborū
iterationes saepius commissas;
nam frequentia ægritudinum
nostrarum non ferebat, ut in
his pro animi nostri sententia
verfaretur. Par enim est, ut
qui huiusmodi Christianæ re-
ligionis dogmatibus expli-
candis operam nauat; omnia
in schedis annotet, corrigat,
inq; versus distinguat; & tum
librariis concinne venusteq;
describendum tradat. Verum
& hic segnitie & lētitudo eo-
rum, qui vnā nobiscum senti-
unt, debitam diligentia & in-
dustria laudem retulit. Quapropter schedula loco tetradem,
seu quaternionē adepti, eundem in lucem proferimus. Quod

A

si ali-

cetero ipsum luminare etiam hypostasis, tanquam vna ex tribus lucis hypostasis; vocaretur praterea natura, comparatione ad vnitam sibi alterius generis, & rationis nebulam: sic & tu sapientissimi Cyrilli dictum accipe; quando dicit, in vnione carnis vnā naturam Verbi diuini incarnatam esse. Quod si dictum hoc inconsideratè arripias; contendasque: ipsam Verbi hypostasin nominari naturam, necessariò cogaris, etiam diuini Verbi Patrem appellare naturam propriam; & similiter ipse Spiritus sanctus alia propria natura erit. Quod cum Seuerus asseruisset & docuisset, in Arianismi de tribus Diis impiam voraginem præcipitatus est. Homo etiā nudus merusque; hypostasis appellatur, & vna quidem omnium; si verò vestem induat, poterit & natura dici propter vestem diuersi generis, & alterius à se rationis, quā induit. Et Gabriel, qui est vna ex Angelicis hypostasis, si carnem assumeret posset quoque natura vocari, propter vnionem cum carne, quæ est diuersa à Gabriele substantiæ; Et anima rationis particeps, Pauli, v.g. præcisè secundum seipsam spectata, & à carnis concretionem libera, appellatur vna quædam communis naturæ humanarum animarum hypostasis, & non natura; si verò ante resurrectionem corpori vnatur, poterit propter diuersitatem, & terream molem carnis, pio quodam modo etiam natura nominari. Qua de causa etiam ex duabus naturis hominem compositum esse, aliquando sancti Patres pronunciarunt.

Verum hic quoque in nos incurfant Acephali. *Si homo ex duabus naturis constat; hunc verò Verbum diuinum assumpsit; tres vtique naturas in Christo constituitis.* Quibus respondere oportet; vel hinc manifestum fieri, eos Incarnationis mysterium tollere & abnegare; Verbumque diuinum, ex eorum sententia, neque corpus, neque animam verè assumpsisse. Quod si omnino asseritis, Christum perfectum esse in humanitate, sicut & in diuinitate; sequitur, etiam vestro iudicio, Christum ex tribus naturis constare. Ceterum sicuti arbor vna & est & appellatur natura, quantumuis ex differentium qualitatum partibus compacta, vt ex radice, ramis, foliis, flore, fructu; ita & totus homo vna est natura, iuxta illud Iacobi fratris Domini: *Om-* *Iacob. 3.*



ADMODVM REVE-
RENDO ET NOBILI DOMINO,
ANTONIO VELSERO, SS. THEOLOGIÆ
DOCTORI, CATHEDRALIS ECCLESIAE
Frisingensis Canonico, Præposito Spaltensi, optimo
& eruditissimo viro IACOBVS GRETS-
RVS Societatis IESV S. D.



ITTO ad te, *admodum Reuerende & clarissime Domine Doct̃or*, Theodorum cognomento Abucaram, opus nec nouum, neque antiquum; sed, si nouato vocabulo uti licet, νεοπαλαιον, *Nouantiquum*. Antiquum est; quia iam olim doct̃issimus *Genebrardus* quindecim huius Auctoris dissertationes latinitate abs se donatas publici iuris fecit; quæ etiam in Tomum quartum Bibliothecæ sanctorum Patrum relatae sunt. Nouum est, quia Græcè, quod mihi liqueat, iam primùm prodit. Nouum, quia noua partim *Turriani* nostri, partim mea Interpretatione vestitum, lucem aspicit. Nouum, quia duplo propemodum auctius, quàm antea dias sub luminis auras & oras sese effert; quod Bibliothecæ Bauaricæ in acceptis referendum est; ex cuius duobus manu scriptis codicibus hætenus inedita, edenda: Græca, exscribenda; inque latinum sermonem conuertenda curauimus. Hoc laboris, quod-